

HALDANVS DANORVM REX.



**H**Aldanus magno corporis & animi fortitudi-  
ne præditus, nulli suo tempore apud Septen-  
trionales homines secundus extitit. Itaq; Guritham  
Alfi regis Danorum filiam & heredem uxorem im-  
petrauit, atq; per eam rex electus fuit. Antequã au-  
tem id fieret, suam fortitudinem multis documen-  
tis probauit. Nam solus cum duodecim fortissimis  
athletis manũ conseruit, & quercu succisa ac in cla-  
uæ habitum redacta, eos prostrauit. Pari ratione  
fratrem Hildigerum per ignorantiam duelli certa-  
mine superauit, atq; Siuarum Saxonie principem,  
suum in Guritha competitorem, fortiter deuicit. Hi-  
sce rebus peractis, & Giurtha & regno potitus fuit.

Itaque Danis is magna gloria, Anno Christi 300 præfuit, atq; tandem moriẽs,  
Haraldum filium successorem reliquit. Sax. Gram. lib. 8.